lutura comitia anni 1646 in
vicarius domus Rothomagensis.
Pujus obitus dum hinc scribo
vesperas ann. 1676.

LXI. Petrus Fautrel, reverendo p
Præfuit usque ad annum 1683 ep

LXII. Josephus le Cellier, profess
hujus eremi moderamen. Anno 16
Sti Georgii, postea mittitur hospes
per totum ordinem ex charta 169

LXIII. Franciscus Héron, an
præfectus huic domui quam per
sus fuit coadjutor ad domum Va
Obiit antiquior ex charta 1709

LXIV. Franciscus Jouault, p
tuli 1695 alii Franciso succed
sui electionem in priorem domus

LXV. Jacobus Herluisoy, pro
jus administrationem cum vita

LXVI. Basilus Chuppe, pe
relinquens per chartam anno 17
lufus, redit coadjutor ad do

ndae. Obiit Parisiis postquam

ionis, visitator Francie, tunc
lo generali 1622, prior hujus do-
hartam 1625 ad suam instan-
onem capitulum generale plu-
raltorium monachatum per to-

r chartam [1629] rector institutus,
. Obiit in prioratu Basseville
minatur, in officio moritur an-
regii. Habuit plenum cum psal-

m. 1629 rector institutus, per
t in prioratu Basseville anno

tura comitia anni 1646 in
vicarius domus Rothomagensis,
sus obitus dum haec scribo
esperas ann. 1676.

LXI. Petrus Fautrel, reverendo patre p
Praefuit usque ad annum 1683 quo per

LXII. Josephus le Cellier, professor et p
hujus eremi moderamen. Anno 1685 per
Sti Georgii, postea mittitur hospes ad dom
per totum ordinem ex charta 1693.

LXIII. Franciscus Heron, anno 168
praefectus huic domui quam per decennu
sus fuit coadjutor ad domum Vallis pra
Obiit antiquior ex charta 1709.

LXIV. Franciscus Jouault, professor
tuli 1695 alii Franciscus succedit, ann
sui electionem in priorem domus suae,

LXV. Jacobus Herluison, professor
jus administrationem cum vita reliqui

LXVI. Basilius Chuppe, professor
zelinquens per chartam anno 1709 huic
lutus, rediit coadjutor ad domum s

atque proficitur ex rectore Corveiae et confirmatur per chartam 1677.
per capitulum instituitur in procuratorem veteris domus Rosae.

us et prior Rhotomagensis, ann. 1683 per chartam transfertur ad
85 per chartam absolutus et missus coadjutor ad domum Vallis
ad domum d'Ouray anno 1686 ut obiit. Habuit missam de B.M.

7.

o 1685 per capitulum absolutus a prioratu Vallis S^{ti} Georgii et
decennium rexit. Anno 1695 ad suam instantiam absolutus, mis-
lis profunda, deinde rediit ad domum Sani suae professionis.

essus et vicarius domus Borboniensis per chartam dicti capi-
anno autem 1701 regimen hujus eremi disere cogitur per
suae professionis.

essus et vicarius in comitiis anni 1701 doctus prior huius domui cu-
eliquit circa initium 1709.

essus domus Fontis B.M. proclationem domus Vallis S^{ti} Georgii
huius domui orbatæ prior destinatur. Anno vero sequenti abso-
um suae professionis.

LXVII. Victor Grissot, professor etiam domus Fontis B. M. in capitulo 1715 fundatæ transfertur ad prælationem huius domus, a qua circa initium apertæ fuit ad domum Rothomagensis ubi obiit ex charta 1718.

LXVIII. Hugo Momonier, professor et vicarius domus Parisiensis, in capitulo 1715 huic domui orbatæ præficitur in priorem usque ad annum 1718 quo Ludovicus Borboniensis suscipere mandatur.¹⁾

LXIX. Eugenius Lair, professor et coadjutor domus Parisiensis, in capitulo 1715 prælationem huius cœnobii obtinet, quod exiit usque ad 21 januarii 1723 ad domum suæ professionis.²⁾

LXX. Joseph Hattanville, professor etiam et coadjutor domus Parisiensis, supra domum Eugenio successit in capitulo generale ejusdem anni 1723 ad solutus fuit et missus coadjutor intra domum Vallis profundæ, deinde Parisiensem, ibidem decessit coadjutor 17 julii 1742, habuit missam de B. M. ordinem.

LXXI. Cyprianus Cranson, professor et prior domus Fontis B. M. per modicum tempus hanc domum regendam suscepit, anno enim sequenti destinatur regimini domui Vallis profundæ.

1) J'ai trouvé en 1716 dom Mousson, coadjuteur.

2) Il redvint prieur en 1724.

capitulo 1701 a prioratu Vallis pro-
m aprilis 1715 absolutus missus

, in comitiis generalibus anni
quo per chartam regimen do-

, in dicto capitulo 1718 pro-
1723 qua rediit procurator

Parisienſis, die et anno quibus
1723 ad suam instantiam ab-
inde rediit ad domum pari-
B.M. et ann. perpet. per totum

per chartam ann. 1723 ad
suenti ^{pro procurator} ~~procurator~~ vice des-

LXXII. Eugenius Lair, anno 17
ut instituat prior Vallis S^ti Geor

LXXIII. Anthelmus de Montenay
assumptus per chartam anni 17
1729 absolutus rediit cum officio
56 annos in ordine transactos u

LXXIV. Arsenius le Boiteux,
a reverendo patre institutus prior
quam instantiam absolutus missus
Habuit missam de B.M. per to

LXXV. Bruno Rouillault, pro
dem prior per chartam anni 17
stantiam absolutus remissus fuit
1770.

LXXVI. Stephanus Benoist, p
eremi prior nominatur in capitulo
domus Becensis commutatur

LXXVII. Ludovicus Gonnier
prior hujus domus.

capitulo 1701 a prioratu Vallis pro-
hum aprilis 1715 absolutus missus

sis, in comitiis generalibus anni
1718 quo per chartam regimen de-

sis, in dicto capitulo 1718 pro-
rii 1723 qua rediit procurator

Parisienensis, die et anno quibus
1723 ad suam instantiam ab-
deinde rediit ad domum pari-
le B. M. et ann. perpet. per totum

M. per chartam ann. 1723 ad
quente ^{procurator} ~~procurator~~ vice des-

LXXII. Eugenius Lair, anno 1724
ut instituat prior Vallis Sti Georgii

LXXIII. Anthelmus de Montenay, p.
assumptus per chartam anni 1728
1729 absolutus rediit cum officio Cor
56 annos in ordine transactos ut p.

LXXIV. Arsenius le Boiteux, prof
a reverendo patri institutus prior in h
quam instantiam absolutus missus 7
Habuit missam de B. M. per totum

LXXV. Bruno Rouillault, profes
dem prior per chartam anni 1731 et
stantiam absolutus remissus fuit cor
1770.

LXXVI. Stephanus Benoist, profes
eremi prior nominatus in capitulo ann
domus Breccensis commutatur.

LXXVII. Ludovicus Gonnier, prof
prior hujus domus.

1724 iterum fit prior hujus domus quam rursus relinquit ann. 1728
eorgii.

ay. professor domus Parisiensis, ex regimine domus Vallis S^{ti} Georgii
1728 huic cenobio destinatur, at brevi post tempore 18 scilicet martii
Correrii ad domum suae professionis in qua obiit antiquior post
ut patet ex charta capitulari 1751.

, professor et procurator domus Parisiensis, dicta die 28 martii 1729
in hac domo clavum tenuit decem annis post quas ad suam ma-
reus fuit correrius ad domum Vallis S^{ti} Georgii in qua defunctus est.
Totum ordinem ex charta 1734.

professor domus Livigniaci, e procuratore domus Bassoville fit ibi-
1731 et praefuit usque ad capitulum anni 1758 in quo ad suam in-
it correrius ad domum suae professionis in quo officio obiit 8 septembris


professor domus Borboniensis et prior domus Vallis profundae hujus
anni 1758 et post 40 annis per chartam 1764 cum priore

, professor domus Parisiensis, juxta dictam commutationem ¹⁷⁶⁴ fit


LXXVIII. 1782, dom Augustin Gogois.¹

1) Trouvée en 1776. [Ce dernier prieur, dom Gogois, a été ajouté par M. V. Gueneau
suivante placé après le LXXVII^e prieur : « Le manuscrit s'arrête là et je voudrais bien
connais encore un prieur, quelques vicaires et beaucoup de prescriteurs dont il n'a pu
sente donc à mes lecteurs en leur demandant pardon d'avoir été aussi long ».]

meau, comme l'indique la note
mais bien faire comme lui. Mais je
n'a pas été dit un mot. Je les pré-
]]



erville n 21 -



1

Cartusia

Sanctæ Mariæ Vallis S^{ti} Joannis, vulgo dicta
Domus Bassœvillæ
prope Clameciacum, in Ducatu Nivernensi et
Diocesi Autissiodorensi (notitiæ & le couts)

Clameciacum oppidum, vulgo Clamecy, in provincia Nivernensi ad Icaunam
fluvium, novem leucis ab Autissiodoro in austrum, et totidem, viciter a Chartate in or-
-tum distat; idque residet Episcopus Bethleemensis dictus, nihilominus tamen absque ullo
-territorio vel Diocesi, proprio vel clero (Lexicon geograph. Boudrandi). - Una leuca (Sancti Martini in
-Episcopi Autissiodori.) ab hoc oppido ad orientem, solum flumine intermedio, anno 1328 hæc carti-
-cia fundata est in parochia de Sargiaco in loco tantæ amœnitatis (Molinus in hist. ms.) ut para-
-ditus Ordinis a quibusdam nominetur nec immerito. Hoc nuper (libra J. de Lespy modernæ Liviæ)
-testatus est R^{mus} Pater Joannes Pegon, cujus memoria in benedictione est, qui ultimo vitæ
-hæc anno omni assensu quibusdam non semel confirmabat abdicatum, se Genera-
-latum in comitiis instantibus (ante quam, celebrationem obiit) et apud Bassœvillam se re-
-cepturum, ut commodius quietusque urgentem sibi Domini adventum præstolaretur.
-Sed cum nihil sit ex omni parte beatorum, hæc soli mansuetum, non nihil moderatur res fami-
-liaris adeo angusta, ut tri quatuor monachos cum uno converso alere possit, et maxime
-consequentibus oneribus tolerare. -


Primus ac præcipuus Fundator merito agnoscitur Venerabilis ac nobilis sacerdos ma-
-gister Joannes Grandis ecclesiarum Claramontensis ac Furnensis in Flandria canonicus
-procurator parochie de Sargiaco Rector, Capellanus sive elemosinarius Ludovici comitis
-Flandrensium et Nivernensium, cujus obitus denunciatus fuit in charta anni 1339 hæc verbis: « Obiit
-Dominus Joannes Grandis sacerdos fundator Vallis S^{ti} Joannis de Bassœvilla pridie kalendas Augusti
-qui habet monachatum, » obiit autem anno 1338. -

Hic præceptis Evangelii et monitionibus affluente eruditus, per plures annos sedit computans
-et congerens sumptus ad perficiendum opus necessarios. Anno etiam 1316 cum gratia Dei
-illustratus coadoptus filios spirituales (ut ipse in litteris fundationis loquitur) sibi procreare
-decevisset fundum ac Dominium Bassœvillæ in parochia Sargiacensi parochia situm, cum
-altæ

altā (ut vulgo dicitur) minori et bassā justitia suis precibus comparavit nos omni vel monas-
-terii fundationi addicendum. Obstante vero a Ludovico Nivernensi comite eadem exemptione seu
- amortizatione et ejusdem a Philippo Longo Rege Francie confirmatione anno 1320, ut ex
- literis inferius exscribendis apparet, necdum propterea manum operi admovit donec acquisitiones
- ampliores redditibus, vineis, pratis, sylvis et aliis hujusmodi, quae priorum fundo adscriptis, vagis
- tandem, et dubium hactenus consilium fixit, statuens novam, aedificare Cartusiam, cuius sa-
- -brica inchoata anno 1328, statim vocatis Patribus locum ordini attribuit die 30 Julii ejus-
- -dem anni. Sic vero primā Januarii anni sequentis videlicet 1329, sive 1328 juxta vete-
- -rera calculum, Ludovicus Comes Flandrensis et Nivernensis jam dictus sui directi et familia-
- -ris capellani propositum, (ut in Diplomate ejus legitur) commendavit, fundationem approbavit,
- confirmavit et de novo amortizavit. Proterea ob amorem, Dei, et exaltationem, ordinis Cartu-
- -sienis (in cujus devotionem, inquit ipse comes, et zelum ab etate tenera pro ceteris nostris
- -animus effudit) novam cartusiam, in sua recepit protectione. Ut nihil deesset stabilien-
- -plantationi consensus a Rege Philippo Valois impetratus est anno 1330 in martio et amortiza-
- -tionis confirmatio licet minus necessaria, nam ab antiquitate Reges Francie Comitibus
- -Nivernensibus privilegium, concesserant quod et anno 1290 supremi Parisiensis Senatus
- -Decreto fuerat corroboratum, quo licebat eis bona ecclesiastica a caducitate liberare, nullā
- -aliā petita licentiā etiam Regiā.

Idem anno 1330 feriā tertią post Pascha die videlicet decima Aprilis VV. PP. Gerardus
- et Raymundus Montis Rivi et Bonafidei Friores visitatores generales a capitali generali in
- -provincia, Francie missi, ad instantiam, sui fundatoris terminos novae Domus constiterunt
- -Datis super hoc literis quas Patres Ordinis in sequentibus comitiis confirmaverunt: quorum
- -Diploma confirmationis inseritur in aliis literis Datis anno 1384 die octava Decembris per
- -Philippum Audacem, Burgundiae Ducem, qui relictus tutor ac regimen habens filii sui Joannis
- -de Burgundia comitis Nivernensis confirmavit fundationem, Joannis Grandis, amorti-
- -zationem, Ludovici comitis Nivernensis et Philippi Valois sui avi, et terminos a profeclis
- -commissariis designatos. — Horum omnium, notitia claris haurietur ex ipsis met-literis
- -patentibus, quarum apographa partim ex historia ms. S. Clementis Bohic erimus, partim
- -recepimus a venerabili Senec. Joanne de Lespy qui nunc trigessimum annum agit in
- -Prioratu hujus Domus. Harum patentium, tenores sequuntur eodem ordine quo ad nos missae sunt.


Letone



Littere amortizationis Philippi Longi Regis
Francie, in quibus continentur littere Ludovici Comitis Niver-
nensis date anno eodem, nempe 1320. —

« Philippus Dei gratia Francorum et Navarre Rex notum facimus uni-
versis tam presentibus quam futuris, nos infra scriptas vidisse litteras formam
quae sequitur continentes: Nos Ludovicus primogenitus Comes Flandrie, Niver-
nensis et Regiburgensis Comes, Notum facimus universis presentes litteras ins-
pecturis, quod digne agere credimus, cum devotorum, nostrorum, servientium, justis
supplicationibus annuente, circa divini cultus augmentum, nostrum impendendo subsi-
-dium, ad laudabilia perficiendum opera nostros convenimus devotos. Hinc est quod nos
ad Devotam, et humilem, supplicationem, dilecti nostri Capellani Thomae Grandis cano-
-nici Furnensis, ac pietatis intuitu, ab eo quod proinde pecuniam aut quodvis emo-
-lumentum, receperimus vel habere intendamus, omnimodam, terram, de Basseville,
prout ex videtur, terrae limites se comportant, sitam in parochia de Bergiaco, cum om-
-nimoda jurisdictione alta et bassa, et quicquid acquirere poterit in eadem, quittamus,
liberamus ab omnibus servitutibus, servitiis et oneribus, ac totaliter et perpetuo amorti-
-zamus, volentes, et ex certa scientia prefato Thomae concedentes, quod terram, predic-
-tam, et in eadem acquisitiones futuras cum alta et bassa iustitia, cum iuris iudicibus et
-pertinentiis universis, tanquam a nobis ex certa scientia quittatas, liberatas totaliter
-et perpetuo amortizatas, Donare Donatione irrevocabili inter vivos, legare in ultima
-sua voluntate, disponere de eisdem, fundare beneficia, vel beneficia Ecclesiastica,
-vel in augmentacionem, aliorum, beneficiorum, vel beneficii tradere, seu in hospitalia dedi-
-ficare, vel ad opus hospitalitatis, seu religiosis personis vel Ecclesiasticis secularibus tradere, concedere,
-quittare, elemosynare universali ter totam, vel particulariter partem, tam de dictis bonis im-
-mobilibus in dicta maiestatis obtinendis et obtentis ad presentem, quam in futurum acquirendis
-singularibus Ecclesiis et aliis piis locis pro nostre et harum animarum remedio, prout sibi
-liberis quovis vite comite in mortis articulo placeverit, et viderit salutare, plenarie et
-notive passit. — Imperio volentes quod legatarii, Donatarii, Ecclesie, hospitalia et hospi-
-talarum, seu quicumque alii, qui vel quae a dicto nostro Capellano aliquid de dictis bonis vel
-notum habebunt, ex quocumque titulo sive ordinacionis vultate, in vita vel in morte a nobis

notaque



nostris que hereditas vel necessarius, seu causam a nobis habituris compelli et inquiri non possit ad ponendum extra suam manum, aliquibus futuris temporibus bona supradicta vel aliquid de eisdem, seu pro ipsis ad aliquam, quoquomodo proestandam, vel faciendam, financiam, tradendum, vel solvendum, aliquid pro eisdem, vel servitutem, aliquam, in rebus et bonis predictis, nos vel nostri heredes imponere non possimus seu exigere aliquid pro proemissis rebus, et bonis quietis, liberatis, et sic totaliter et perpetuo amortigatis. Nec volumus quod teneantur vel compelli possint a quoquam, habentes bona predicta, seu possint quomodolibet coactari ad aliquid proestandum, vel faciendum, proctor Divinum, ab ipso capellano nostro disponendum, officium, vel hospitalitatem, ordinandam, pro proemissis, promittentes bona fide pro nobis et nostris hereditibus, quod contra proemissa vel proemissorum, aliqua per nos vel alium, non veniemus quomodolibet in futurum: salvo et retentis nobis et nostris hereditibus, superioritatem, et gardam, spectantibus. — In quorum omnium testimonium, et ad perpetuam rei memoriam, nostrum, presentibus fecimus apponi sigillum. Datum, et actum, Parisi prima die Augusti anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo (1320) —

Nos autem proemissa et singula rata habentes et grata, ea volumus, laudamus et approbamus, et auctoritate nostra regia ex certa scientia tenore presentium confirmamus: salvo tamen in aliis jure nostro, et in omnibus quolibet alieno. Quod ut firmum, et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostris fecimus apponi sigillum. Actum, apud Vincen. anno Domini millesimo vigesimo (1320) mense octobris. hec sequentibus in apographo


Collatio facta est cum originali
per me Bellegnon

Per Dominum Regem
Bellegmont.

Vita in camera compertorum, in vestra presentia. Visum fuit etiam per antiquas ordinationes quod idem comes nivernensis potest elemosynare et amortis creata tamen, quod proinde nullam percipiat financiam, sive pecuniam. — s

1328. — Littere fundationis Cartuie de Bathoville. —


« IN NOMINE Domini Amen. Ego Joannes Grandis Canonicus Turonensis ac Rector Ecclesie parochialis de Borgiacis Allassiodorensis Diocesis ex intimo cordis consideratione, quod cum Dominus pius et misericors me sua gratia bonorum temporalium sufficienti abundantia




abundantia ditaverit, mihi meo sacerdoti indigno nisi sancti Spiritus gratia misericorditer
inspiraverit, ut sibi et mihi coadoptos filios spirituales studerem quantumcumque procurare, templum
sanctum eidem in hereditate propria construendo: ita quod per misericordiam Redemptoris
cum ipsis filiis, templum ecclesie et sanctorum, tabernacula possim jure perpetuo possidere.
Cuius sancte inspirationi anima mea adherens cum ingenti gaudio et ex corde devoto de-
liberavi in animo diligenter perscrutando quod alta castusiensis ordinis disciplina, licet
non modicum aspera topiis videatur extinsecus; ipsa tamen, ut ut lenis propinat
fervidis quoddam, oblectamentum, dulcoris intrinsecus, quo mundum, alliciter cor humanum
ad ea quae in mundo sunt totaliter fugienda, et caelestia totaliter appetenda. Quodque
patres ipsius ordinis tam sapidae contemplationis inebriati dulcedine jugum hujusmodi
discipline portantes suaviter cum humili devotione divinum officium, ac sanctum
sacrificium jure offerunt pro peccatis (post peccatis) -

Hinc est quod inter ceteras Ordinum domos, ab etate tenera prioratum ordinis castusiensis
deliberavi in animo construere et fundare, atque terras, vineas, parvas, nemoribus, et aliis beneficiis
temporalibus juxta formam ordinis ita competenter secundum possibilitatem meam, dotare,
quod patres in eo commorantes inde possint commode sustentari, cum aliis beneficiis et elemo-
synis quae ab aliis christi fidelibus poterunt ad invicem recipere, Domino concedente, pro ut sibi
haec beneficia hujusmodi prius locis de novofundandis contulerunt misericorditer largiri.

Ad laudem igitur et honorem, omnipotentis Dei et salvatoris nostri Domini Jesu christi, et glorio-
sae Mariae matris ipsius et Beati Joannis Baptistae, et Beati Joannis Evangelistae, atque omnium sancto-
rum, et sanctorum, pro remedio anime meae, et omnium antecessorum, meorum, et benefactorum,
vivorum et defunctorum, animarum, praedicti ordinis castusiensis prioratum fundo in fundo meo
de Basseville, qui hactenus vocatus est in illis partibus Basseville, ex nunc autem, et in poste-
rum, vocabitur sancta Maria Vallis Beati Joannis. Et dono in primis Ordini prioratum, priori et
fratribus ipsius prioratus pleno jure in perpetuam elemosynam locum, fundationis ejusdem prio-
ratus, omnimoda terram, meam de Basseville sitam in parochia meade Sorigiaco
in quibuscumque rebus existat, amotis atque, per clarae memoriae Domini meum, carissim-
um, Dominum Ludovicum, quondam comitem Nivernensem, et per serenissimum principem,
Dominum Philippum, regem Francorum, confirmatam. Dono, inquam, omnes vineas, terras
prata, ripariam, nemora, cum omnibus juribus, pertinentiis et appenditiis, et cum omni
jurisdictione




jurisdictione illa et bassa pertinente ad dictam Domum. Et cum habet illud jus ut agi et sa-
-siam quam habeo, et habere et possidere valeo in omnibus negotiis de Peten tam in
-memore quam in presentibus et aliis quibuscumque. — Hoc autem omnia promissa Deo et
-sanctis eius, atque pro se prioratus, priori et fratribus suis, in presentem, et perpetuam elemo-
-synam offero, et in veram, et corporalem possessionem omnium supradictarum rerum prio-
-rem et fratres ejusdem prioratus per traditionem, presentem induco, et corporaliter induci
-solo absque retentione aliqua. Ita tamen quod una cum aliis bonis et elemosynis, quae
-ibi sunt, perpetuo quamdiu vixeris, De sancto Spiritu, aut de Beata Virgine vel de Unitate,
-seu de Angelis, sive de beato Praecursore Joanne B^{ta}, aut de die, et post decessum meum pro
-mortuis, missa specialis pro me et anima mea celebretur infallibiliter qualibet die, diebus
-Matris Domini, veneris, Sabbati sancti, ac resurrectionis Domini se Junta et exceptis. Quodque
-qualibet die post vespere ante altare et imaginem gloriose Virginis Mariae antiphona
-quaedam cum oratione sequenti ad laudem et gloriam ejusdem, a toto conventu cum devo-
-tione solemniter decantetur, sub prioris et fratrum animarum periculo, si in praemissis
-fuerint negligentis. — Et quoniam, hominum memoria sapientissime labitur super rite gestis
-ipsorum nisi firmentur robore litterarum, ad perpetuam notitiam, veritatis, Idcirco ego Jo-
-nes Grandis praedictus venerabili viro Humbardo Bursarii clerico publico auctoritate Apo-
-stolica et curiae B^{ta}ensis Notario presenti et stipulanti vice et nomine prioris
-et fratrum prioratus praedicti praescripti, cum devota instantia supplicavi quatenus omnia
-et singula praemissa tanquam persona publica in scriptis redigeret, et super his mihi
-faceret publicum instrumentum, et testes invocari adstantes, et in praemissis orationibus, testimoni-
-um, sigillo meo proprio una cum signo consueto dicti Humbardi hoc praesens instrumen-
-tum sigillari. Acta fuerunt haec in Domo dicta de Potentino prope Cornolium, ordinis
-Grandimontensis anno a natiuitate Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo (1328)
-Indictione undecima mensis Julii die penultima, pontificatus sanctissimi in Christo Patris
-ac Domini Domini Joannis Divina providentia Papae XXII, anno Duodecimo, praesentibus
-Domino Roberto munerii presbitero, ac Joanne filio Margaritae de B^{ta} Antisiodor. commemorante
-ad haec vocatis testibus et rogatis. Hugo Humbardus Bursarii de B^{ta}ensis doctor clericus aucto-
-ritate Apostolica publicus notarius, quia praemissis una cum supra scriptis testibus praesens vo-
-catus interfui, haec publicari et propria manu subscripti signumque meum, solitum
-una



13
una cum sigillo predicti Domini Joannis Grandis apponi rogatus, in testimonium premissorum
1330. — A Philippo Valesio Rege confirmatur dicta
fundatio. —

« Philippus Dei gratia Francorum Rex. Notum facimus universis tam presentibus quam
futuris nos infra scriptas videlicet litteras sigillo charissimi et fidelissimi Ludovici Flandren-
sis, Bracennensis et Regimestensis comitis consanguinei nostri in filo serico et cera viridi sigil-
latas, formam, quae sequitur, continentes. In nomine Domini Amen. Ego Joannes Grandis
et cetera usque ad perpetuam notitiam veritatis. — Perico Ego Joannes Grandis predictus humiliter
creatura charissimi Domini mei, Domini Ludovici Dei gratia Flandrensis et Bracennensis co-
mitis cum quanta possum humiliter devotione eidem supplico, quatenus omnia et singula
infra scripta rata et grata habeant, omnia et singula in his presentibus contenta approba-
re, laudare et confirmare dignetur, ac predictam prioratam, priorem et fratres ejusdem cum
omni familia et bonis suis omnibus mobilibus et immobilibus, vel remanentibus, presentibus
et futuris, ubi cumque sint, in sua bona guardia recipiat et conductu. Nos autem Ludo-
vicus Dei gratia Flandrensis et Bracennensis comes notum facimus universis, quod nos prius
propositam prioratam Joannis Grandis dilecti et familiaris capellani nostri in constructione
et fundatione prioratus prescripti sanctae Mariae Vallis Joannis, ut prescriptum est, com-
mendamus, et auxilio nostro communitur volumus, et fulcimus; et causa Dei et remissionem
peccatorum nostrorum, ad preces prefati Joannis Grandis omnia et singula prescripta rata
et grata habentes, ea laudamus, approbamus, amovimus, et ex certa scientia tenore
presentium confirmamus. Prioratam istam ordinis cartusienis, priorem et fratres ejusdem, cum
sua familia et bonis omnibus mobilibus et immobilibus, vel remanentibus, presentibus et
futuris ubi cumque sint, ad predictam prioratam, pertinentibus, ex nunc in perpetuum, in
nostra speciali guardia, protectione, custodia recipimus et conductu: his demum resortum
apud Clameciacum castrum nostrum, et obediri in actibus Bailivi nostri qui pro tem-
pore fuerit, et non alibi, et non alibi, ex precepto speciali concedentes, ac citum fas esse
libera per totam terram nostram; et quidquid fratres memorati prioratus infra suos ter-
minos, emptione, donatione, vel alia quacumque de causa acquirere poterunt a feode-
tariis seu ab aliis hominibus nostris tam liberis quam servis, in perpetuum liberam
habeant facultatem. — Et quotiescumque etiam, 10 annos vel infirmos viderint
recipere —



recipere in frates ejusdem prioratus De ipsis hominibus cum bonis suis mobilibus im-
mobilibus que, similiter habeant liberam potestatem. Proterea ob reverentiam Dei, et
honestatem, ac exaltationem, Ordinis Cartusienis (in cujus devotionem et zelum, ab aetate
tenerâ pro ceteris nostris animus effudit) ad plenam pacem, ejusdem prioratus ubique
et specialiter infra suos terminos ab omnibus in perpetuum, conservandam, sub perpetua
poena exheredationis et amissionis non solum rerum, sed etiam propriorum corporum,
prohibemus, ^{ne aliquis nobilis vel ignobilis in Priorum, vel aliquem, Deputatus, homineve et...} hominibus vel familiam ipsius prioratus manum audeat injicere temere
violenter, nec domos sive grangias suas frangere, comburere, sive susterni, homicidium,
vel aliud maleficium perpetrare in eisdem.

Item firmiter inhibemus, ne infra dictos terminos prioratus ejusdem, quibus franchisiam
et immunitatem, concedimus, aliquis hominem capiât, nec pecunia (nisi in Dedicationsi-
bus ecclesiarum) portas sive clausuras domorum vel grangiarum, ipsorum patrum,
appropinquare presumat; quodque nullus per nemora et alias possessiones eorum, causa
venandi aves, nec animalia sylvestria, aut piscando in eorum ripariis pisces ad treullam,
sive quadris aliud ingenium, adire presumat. Interca supradictam prioratum, cum om-
nibus bonis suis et familia ab omni pedagio, minagio, leuda, banno, ventis, vendi-
tionibus, seu aliis quibuslibet hujusmodi institutis, quocumque nomine censeantur,
per totam terram nostram et subditorum nostrorum, firmus in perpetuum, et precipimus
liberam et immunitam, ac salvam, et securam ubique permanere: et eos tanquam perso-
nam propriam, promittimus defendere et salvare, ac etiam, pro ipsis stare juri contra
omnes molestatos, si qui fuerint, quod Deus avertat.

Quicumque autem offenderit scienter in aliquo de premissis prohibitionibus, et
ad eos pertinentibus, secundum modum transgressionis per Bailivum, seu justitiarium
nostrum, de Clamiciaco ita cum jure seu consuetudinis rigore gravissime puniatur,
quod ceteris in exemplum. ^{et yudiciali} Omnia autem et singula premissa tenere firmiter et
inviolabiliter observare promittimus bona fide, nos, heredes et successores nostros
comites nivernenses, et a nobis causam habentes omnia nostra et eorum bona mo-
bilis et immobilis specialiter obligando: supplicantes serenissimo principi cla-
rissimo Domino meo, Domino Philippo Dei gratia Francorum regi illustri, quatenus
omnia et singula prescripta, rata et grata habere dignetur, et auctoritate sua regia
certa.



ex certa scientia confirmare: et ad observationem omnium premissorum nos, haeredes, et
successores nostros, et a nobis causam habentes compelli volumus per officiales regios seu
ecclesiasticas, quos Prior et fratres dicti prioratus super his duxerint requirendas. In quarum
omnium testimonium, et munimen presentes litteras sigilli nostri munimine roborari
fecimus. Datum Parisiis ^{is?} prima die Januarii anno Domini millesimo trecentesimo ^{1328 -} vigesimo ^{quarto.}

Nos autem, premissa omnia et singula in supradictis litteris contenta, rata
habentes et grata, ea volumus, laudamus, approbamus, ratificamus, et tenore pres-
entium, auctoritate nostra regia, et ex certa scientia confirmamus, salvo tamen in
aliis jure nostro, et in omnibus quolibet alieno. Quod ut firmum et stabile perman-
eat in futurum, nostrum, presentibus litteris fecimus apponi sigillum. Datum
apud nemus Vicenarum, prope Parisius, anno Domini millesimo trecentesimo triges-
imo, mense Martio.

Per Dominum Regem ad electionem Domini Decani Sancti
Martini Lironensis


G. Buyn.

1384. — Litterae Confirmationis Philippi

Ludaeis Ducis Burgundiae 1384. —

Philippus Regis Francorum, filius, Dux Burgundiae, Comes Flandriae, Artesii,
et Burgundiae Palatinus, Dominus de Salinis, comes Registatensis, Dominus de Mechlinia
et de Antwerpia, habens regimam dilectissimi filii nostri Joannis de Burgundia Comitis
Nivernensis. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris nos infra scriptas
vidisse litteras sigillo magno carissimi Domini et avi nostri quondam Philippi Regis Frano-
rum, in filo serico et cera viridi sigillatas formam quae sequitur continentes: Philippus
Dei gratia Francorum Rex Notum facimus universis tam presentibus quam futuris nos infra scrip-
tas litteras vidisse etc. — formam quae sequitur continentes: In nomine Domini Amen. Ego
Joannes Grandis Canonicus Turonensis etc. — et supra. Nos autem Ludovicus Dei gratia
Flandrensium et Nivernensium Comes notum facimus universis quod nos fimum propositum fecerat Joannes
Grandis dilecti et familiaris capellani nostri etc. — et supra. Nos autem premissa omnia et sin-
gula etc. — et supra Datum apud nemus Vicenarum, prope Parisius anno Domini 1330 mense
martio. Et sic erat scriptum, in paginae principio inferiorum dictarum litterarum: Facta tal-
latis una littera hic inserta quam legi et tunc sigillo dicti Comitis sigillatam. G. Buyn. In me-
dio paginae sic: Visa in camera die 14 Junii anno millesimo trecentesimo


et expedita



et expedita illidem pro rebus acquisitis per dictos Religiosos a quadraginta annis citra duntaxat
quae quidem acquisita dicti Religiosi abrenunciant ad eandem ad 23^{tt}, 10 sol. 6 Den, turonenses
reditus solum de quibus debent trahere partes huiusmodi commisso sigillo commissarii super facto financiaum
Reputatis. A. Raymond et. Et in fine paginae sic: Per Dominum regem, Relationem Domini
Decani ^{Sti} Martini Turonensis, G. Burg,

Item, alias litteras sigillo magno Cartusiae in filo serico sigillatas quarum tenor sequitur
in haec verba: « Nos praeter Raymo humilis Prior Cartusiae, ceteraque diffinitores Capituli generalis
apud cartusiam pro celebrando Capitulo generali in Domino congregati, Notum facimus universis ^{nos?}
vidisse et legisse quendam litteras sigillatas Religiosorum, ac venerabilium fratrum, nostrorum Monachorum
Pini et Bonae fidei Priorum sigillatas, formamque sequitur continentes: **IN NOMINE**
DOMINI Amen. Anno ab Incarnatione eiusdem 1330 feria tertia post Pascha notum sit
universis ad quas litterae istae pervenerint, quod nos Gerardus et Raymondus Montebivini et
Bonae fidei Priores, visitatores generales a Capitulo generali in provinciam Franciae missi,
ad domum ^{Sti} Joannis Vallis de Bassville Diocesis Dorensis Diocesis personaliter venientes
ad instantiam et petitionem venerabilis et discreti viri Domini Joannis Grandis praedictae Do-
mus praecipui fundatoris, et consilarii Illustris Principis Domini Ludovici Flandrensium et Arver-
nensis ac Registensis Comitis, ac Ecclesiae Clermontensis et Furnensis Canonici, in modum
infra scriptam terminos praedictae Domus ordinavimus. Viziliacum, primus est terminus in-
clusivus, et incipit per stratum publicum, recta eundo usque ad mailliacum castrum in-
clusivus. Et de mailliaco castris directe incidendo usque ad villam ^{Sti} Salvatoris in Pusoyo
inclusivus. Et inde recta via eundo ad villam de Interamnis inclusivus. Et ex tunc per rectam
viam incidendo usque ad Vargiacum, inclusivus. De de Vargiacis procedendo usque ad
Boncellas Comitis inclusivus, necnon de Boncellis recte eundo usque ad Veziliacum, prae-
sentationis inclusivus. Et hanc cartam ad majorem firmitatem, Nos praefati Priores sigillo-
rum nostrorum munimine duximus roborandam, Datum anno et die quibus supra. »

Acta igitur dictae cartae contenta et diligenter audita et presentibus inserta nihil addito
vel minuto, habito diligenti tractatu et deliberatione in Capitulo generali, quia dictos ter-
minos per praefatos Priores positos reperimus rationaliter et statutos et secundum nos-
tra Ordinis instituta et sedis Apostolicae privilegia nostro Ordini specialiter super hoc concessa,
tenore praesentium, dictos terminos superius praemotatos ratificamus, confirmamus praeterea
et dicitur




et etiam approbamus. In cuius rei testimonium, Nos pro/ati Prior et Diffinitores sigillum man-
-gnum cartulae presentibus literis duximus apponendum. Datum, anno 1330, mense maio, sedente
Capitulo generali. — 55 — Quas quidem literas dicti Domini Prior nostri suprascriptas, et
etiam, in ipsis contenta: et cum terminis per dictas literas Priori cartulae hic insertas, et
eisdem fratribus de Basserilla assignatis, maturam deliberationem super his habita rata et
grata habentes, eas eorum, singula laudamus, ratificamus, approbamus, et ex certa scientia
et speciali gratia confirmamus per presentes literas, salvo tamen in aliis iure nostro et in
omnibus quolibet alieno. Quod et firmum, et stabile permaneat in futurum, nostram proces-
-tibus literis fecimus apponi sigillum. Datum, apud St. bequarum, octavo die mensis Decembris
anno 1384. Per Dominum Ducem, Le Mol — collata facta cum originalibus literis superius in-
-sertis — Le Mol. —

Nomina quorundam Benefactorum hujus Domus. —

Ludovicus Comes Flandrensis et Nivernensis de quo supra tanquam secundus
fundator agnoscitur propter privilegia quae concessit, ex quibus non parva emolumenta huic
Domini venerunt. De copiosa dicens in provincia Leotoniae ejus Domorum fundationes mul-
-tum promovit. Obiit in proelio Crecentis anno 1346, et propter beneficia Ordini nostro collata
habuit tricenarium per totum Ordinem, ex charta 1347. —

Calairandus de Perigord Episcopus Autthiodorensis consensum suum, dedit et licentiam
aedificandi hanc Cartusiam, in sua Diocesi scriptis literis anno 1329, 7 martii. Ipse est
Cardinalis Albanus Dotor Domus Vallis clausae ubi plura de eo.

Aimericus Galnant Calairandi alio translato successor inter factores et amicos
hujus Domus recensetur. De eius consensu ecclesia hujus Domus tribus annis absoluta et
perfecta, ab R^{do} Patre Petro Patriarcha Hierosolimitano Ordinis Predicatorum consecrata
fuit et dedicata in honorem B^{ae} M^{ae} Virginis et S^{ti} Joannis B^{apt} ut habetur in literis pro/ati
Patriarchae Datis anno 1331, 2 aprilis. De consensu (ut ibidem legitur) R^{di} Patris et Domini
Aimerici electi et confirmati Episcopi Autthiodorensis. Intra in hac Domo ejusdem Aimerici
literae datus anno 1335, 1 sept. in quibus recognoscit se in hac Domo per diem et noctem mo-
-raturum fuisse non exercendae jurisdictionis aut visitationis, sed sola devotionis causa. Obiit
Archiepiscopus copus Rothomagensis 16 kalendas februarii anno 1342. —



Droco Jordani Decanus Ecclesie Antistiodorensis in necologio hujus Domus (ut referunt
Sanmarthani) notatur obisse anno 1329, die 25 sept. Unde debet congerere quod fuerit benefactor.

Guillelmus d'Anlezy Archidiaconus Antistiodorensis, amicus hujus Domus, cum con-
ventuales invixit et anno 1349 dedit etiam litteras die 30 juli, quibus patetur se nostros
invixisse causa devotionis et spatii.

Bernardus Bruni ejusdem Ecclesie Episcopus post obitum suum, habuit tricennarium
pro totius ordinis, ex charta anni 1350.

Philippus de Arbosio Episcopus Comacensis insignis benefactor quamdam anno Domi-
-rum ordinis, huic quoque Domui tanta bona fecit ut nomen fundatoris mernerit in celeberrimo
-Dario Donis ubi haec de eo leguntur ad 85 juli: « Obiit R^o in X^o Patris d. Philippus d'Arbois
-Secundus fundator hujus Domus qui fecit et perfecit muros hujus Domus, fecit insuper res-
-torationem nostrorum curiarum thesaurorum; et unum calicem, quatuor marcam, et multa alia
-et magna bona fecit nobis cum quadam cella, qui habet tricennarium, anniversarium,
-et missam perpetuam. » Eius obitus signatur in charta Capituli generalis anni 1380, ubi
-dicitur unus de fundatoribus Domus Comacensis. Fuerat a concilio Ludovici ultimi comitis
-Flandrensium et Artois.

Domina Henrica Alligret quae legavit 35 libras buronenses annui redditus ad mor-
-tizatas pro heredibus suis pro dotatione unius cellae in Domo Bassaville, obiit ex ch. 1524.

Dominus Carolus Bertyer Dominus de Bisi advocatus Nivernensis magnus bene-
-factor hujus Domus obiit ex ch. 1549.

Nobilis Domicella Serena de Brem^{nom} benefactrix Bassaville habens anniversa-
-rium perpetuum etc. obiit ex ch. 1601. - (ita notitia d. Leconteux je suis) -

Catalogus Priorum.
DOMUS Bassoevilla.
Ex tabulario Domus et Chartis Capituli generalis

(Ex Des Notizie)

Joannes Fardel Prior 1^{us}

« Joannes Fardel, hic primus occurrit in tabulis Domus ex quibus probatur profuisse annis 1330 et 1337 post Ascensionem, quo anno vel sequenti ab officio fuit absolutus. De eo quodam occurrit in chartis Capituli gen^lis et primum in ch. 1333 « Excusatio ob reverentiam fundatoris hujus Domus qui graviter infirmatur, quod non venerit ad Capitulum gen^le. Anno 1334 iterum eius excusatio admittitur, sed anno 1335 admonetur ut de cetero non sibi procuret excusationes, nec proponat nisi justas. Non tamen propterea ascendit ad comitia anni 1336. Nam licet eius excusatio admittatur, anno 1337 scribitur tamen, et proceperunt datus et ut ad Regens Capitulum veniat, in quo petet misericordiam quam modo non petit et tenetur, et clamabit culpam suam pro eo quod dimisit mentem Priorum Ordinis pro mensa monialium, alterius Ordinis: Et inhibetur ei ne de cetero procuret se de non veniendo ad Capitulum excusari per fundatorem suum, vel aliam quemcumque etc. — » ita et.

Reginaldus Prior.


« Reginaldus. In quodam instrumento scripto anno 1339 sexto post Ascensionem, die Prior hujus Domus vocatur Regnault, utrum vero sit illius nomen vel cognomen non constat. Anno 1339 quidam Reginaldus monachus Domus Bellitarii hospitalis in hac Domo Bassoevillae ut constat ex charta, qui postea electus est post absolutionem Fardeli.

Anno 1339 proferatur Prioris excusatio admittitur propter eius infirmitatem, qua impeditur ut quominus ad comitia ascenderet. — » ita et.

Joannes de Varziaco Prior.

« Joannes de Varziaco proerat anno 1342 ex tabulario, nec quidquam ultra de eo occurrit, nisi forsitan ad ea^{rum} referenda sint quae habentur in ch. anni 1346 « Excusatio Prioris Bassoevillae de non veniendo ad Capitulum, non admittitur, et pro poena mittatur unus florenus per primum, nunciis, occurrentem, in opere Pontis de la Ruchiere convertendos, nec sibi mita. In charta anni 1360 ponitur obitus cujusdam monachi qui dicitur quondam Prior Bassoevillae, sed nomen non apponitur, habuitque beneficium per totum Ord. Anno

1347



1347 Prior hujus Domus erat Diffinitor Capituli generalis. — » ita cat.

Anselmus Prior

« Anselmus. Hunc tantum ex conjectura datus Priorum, nempe ex beneficio bicennarii et duplicis officii quod habuit in charta anni 1363 in qua dicitur monachus hujus Domus. His autem temporibus, et soepe monuimus, quando quis post absolutorem in cella morietur, raro fiet mentio prioratus illius in charta in qua eius obitus denunciatur. — » ita cat.

Joannes de Vezeliaco Prior

« Joannes de Vezeliaco Domum moderabatur anno 1359 die 1^a Maii ex tabulario. Anno 1371 in martio Joannes (utrum de Vezeliaco non constat) procebat ut ex quadam transactione inter hanc Domum et Domum Vallis ^{Sanctae} Georgii patet. — » ita cat.

Martinus de Nogent Le Rotrou Prior

« Martinus de Nogent Le Rotrou. In tabulario reperitur profuisse anno 1371. Anno vero 1372 per ch. Capituli gentis Priori hujus Domus facta est ^{mentio}. In quadam transactione inter hanc Domum et Domum Vallis ^{Sanctae} Georgii facta anno 1371 in martio, Joannes procebat. Et Martinus de Nogent Le Rotrou professus hujus ^{Domus} in eadem transactione nominationem non ut Prior sed ut procurator. Quomodo bene dicere debemus quod sit error in hoc catalogo, vel quod Joannes Prior paulo post absolutus fuerit, et Martinus in eius locum successerit — » ita cat. nam 1371 antefoi, Domus est hujusmodi 1372. De sorte quod est a credere quod Joannes fuit Prior usque ad ch. 1372, et quod a eodem ch. Martinus de Nogent Le Rotrou hinc successerit, et quod non per se in duobus chartis. —

1372 a


Martinus Prior

« In institutione legitur in charta anni 1372 his verbis: « Prior ^{Sanctae} Bassavillee sit ^{mentio}. Et proficimus in Priorem, dictae ^{Sanctae} S. Martini, monachum, ejusdem ^{Sanctae} monobstante quod fuerit de ordine Cisterciensis. Anno 1377 Prior hujus ^{Sanctae} absolutus per chartam. — » ita cat.

1377 a

Reginaldus Callouet Prior

« In Priore Vallis profundae quem a biennio rexerat, proficimus hinc Domibus Bassavillee et Vallis ^{Sanctae} Georgii per ch. 1377 his verbis: « Prior Vallis profundae sit ^{mentio} et proficimus cum Domibus Bassavillee et Vallis ^{Sanctae} Georgii quos auctoritate Apostolica nobis in hac parte commissa unimus et volumus ut amodo per unum Priorem gubernentur. » Sed vel hujusmodi incorporatio caruit effectu, vel ad longum tempus non duravit ut ex sequentibus



ab eo patet, et patet ex h. anno 1378 quae e domo Vallis profundae ad hanc domum, misit
quendam monachum. Pono Reg in albis h. profuit domui Vallis S^{te} Georgii in cujus regimine
obit anno 1393^{23 Nov.} et habuit plenum cum p^{er} alterius monachatum, per tot. ord. profuit et
olim procurator Vallis viridis. — ^{ex h. 1394.} ita est.

Joannes de Meltis Prior -

« Joannes de Meltis. Profuit de ontis Dei unde ad regimem, S^{te} Apollinaci assumptas
fuerat per h. 1377. Sed quando profuerit Bassovillae non reperitur. Huius obitus signatur
in h. 1381 his tantum verbis: « J. Joannes de Meltis quondam Prior Bassovillae sacerdos qui habet
beneficium, » In eadem charta D. Petrus de Barro professor Parisiensis tunc hospes in Domo No-
vici mittitur hospitatum in hac Domo Bassovillae, ex quo patet ejus incorporationem cum
Domo Vallis S^{te} Georgii non substatu. Potest tamen fieri quod per aliquot annos utraque
Domus ab uno tantum Priore gubernata fuerit, nam in quibusdam chartis ab anno 1377 p^{er}
tantum mentio Prioris Vallis S^{te} Georgii, et nulli a Prioris Bassovillae usque ad annum 1383, quo
anno in h. haec leguntur: Prior Bassovillae non p^{er} m^{er}ita et admittitur ejus exusatio. Hic
autem videtur esse ille qui sequitur. — ita est.

Jacobus de Villiers Prior -

« Jacobus de Villiers. Juxta tabularium S^{te} moderamen habet ab anno 1390. Profuit
autem usque ad annum 1401 per h. absolutus his verbis: « Prior S^{te} Bassovillae propter an-
tiquitatem, et infirmitatem p^{er} m^{er}ita. Huius regimine item, incorporatio Vallis S^{te} Georgii
cum hac Domo tentata est ut constat ex h. 1395, et perseveravit usque ad annum 1402,
ut ibidem dicimus; sicque profuit Prior utraque Domum simul rexit per annos sex. ^{1401-1402.}
1401 à 1402. — Joannes Saussaron Prior -

« Joannes Saussaron Jacobo de Villiers subrogatur per h. 1401 ex monacho S^{te} Bellita-
rici: unoque anno hanc Domum, et Vallis S^{te} Georgii rexit absolutus per h. 1402 propter
gravem infirmitatem suam etc. — ita est.

1402 à Jacobus Kaze Prior -

« Post absoluteionem Joannis Saussaron, in h. 1402 instituitur his verbis: « Nos proficimus
ibi in Priorem, J. Jacobum Kaze vicarium Bellitrici eadem injungentes ut cum magna dili-
gentia extirpet a dicta Domo ingressum et omnem frequentiam mulierum. Quia unio alia
facta de Domo Bassovillae cum Domo Vallis S^{te} Georgii rediit ad in profundum cum utriusque
autoritate

ch. 1401. Priori 9^o Bassavilla propter antiquitatem et infirmitatem sit m^o, et proficimus ibidem in priorem, D. Joannem Baestaron monachum Bellilarii.

ch. 1402. Priori 7^o Bassavilla sit m^o propter gravem infirmitatem, et proficimus ibi in priorem, D. Adolum Lage (iii) vicarium d. Bellilarii; et quia unis alias facta de domo Bassavillae eundem motu Vallis s^{ti} Georgii redundat in praesentem utriusque, auctoritate generalis capituli ipsam revocantur, amodo non se intromittat prior Bassavillae de regimine dictae domus Vallis s^{ti} Georgii.

auctoritate Capituli gen^{li} ipsam, revocatas amodo non se intromittat Prior Bassaville de
regimine Dⁿⁱ domus Vallis S^{ti} Georgii etc... » Post aliquot annos abdicavit de Jacobus et
reversus ad Domum Bellilariensis iterumque ibidem, factus vicarius in eodem officio Defunctus
est ut constat ex ch. 1408. Olim Prior Opponiaci. — » ita est —
ch. 1408. obiit D. Jacobus Aze vicarius Bellilariensis alias prior Opponiaci. (1395-1397).

